

SPONZE ABSOLVENTŮ BAKALÁŘSKÉHO STUDIA

Latinský text

Promotor

Scholares clarissimi, examinibus, quae ad eorum, qui baccalarii nomen et honores consequi student, doctrinam explorandam lege constituta sunt, cum laude superatis, nos adistis desiderantes, ut vos eo honore in hoc sollemni consessu ornaremus.

Prius autem fides est danda vos tales semper futuros, quales vos esse iubet Universitas, cuius membris hac dignitate adepti adnumerandi estis, et nos vos fore speramus.

SPONDEBITIS IGITUR: (*všichni povstanou*)

PRIMUM vos huius Universitatis, in qua baccalarii gradum ascenderitis, piam perpetuo memoriam habituros eiusque res ac rationes, quoad poteritis, adiuturos,

DEIN honorem eum, quem in vos collaturus sum, integrum incolumemque servaturos,

POSTREMO prudentiam eruditionemque vestram, a facultate praeceptam, facultatis Universitatisque iussa sequentes, humani generis usui tantum atque hominum bono adhibituros.

Ergo ego promotor rite constitutus vota vestra dextra data probans vos ex decreto ordinis mei baccalarios creo, creatos renuntio omniaque baccalarii iura ac privilegia in vos confero. In cuius rei fidem haec diplomata Universitatis Carolinae sigillo firmata vobis in manus trado.

SPONZE ABSOLVENTŮ BAKALÁŘSKÉHO STUDIA

Český překlad

Promotor

Vážení absolventi, vykonali jste s úspěchem zkoušky, které jsou zákonem předepsány k prověření vědomostí těch, kdož chtějí dosáhnout titulu a hodnosti bakaláře. Předstupujete nyní před nás s žádostí, abychom vám v tomto slavnostním shromáždění udělili hodnost, o niž se ucházíte.

Dříve však musíte složit slib, že se vždy budete chovat tak, jak od vás vyžaduje příslušnost k této univerzitě, daná hodností, již nabudete, a jak to i my od vás očekáváme.

SLÍBÍTE TEDY: *(všichni povstanou)*

Především, že uchováte ve vděčné paměti tuto univerzitu, na níž dosáhnete hodnosti bakaláře, a že vždy budete podle svých sil podporovat její činnost a zájmy

Dále, že hodnost, kterou vám udělím, uchováte bez poskvrny a úhony

Konečně, že znalosti, které vám vaše fakulta poskytla, budete užívat v souhlasu se zásadami, jež tato fakulta a naše univerzita vyznává, a vždy pouze ve prospěch lidstva a lidských bytostí.

Já, řádně ustanovený promotor, přijímám tento váš slib podáním ruky a z moci svého úřadu vás tím činím bakaláři, vaše jmenování veřejně vyhláшуji a uděluji vám všechna práva a výsady bakalářů. Na doklad toho vám předám do rukou vaše diplomy s pečeti Karlovy univerzity.

(Následuje složení slibu jednotlivými absolventy podáním ruky promotorovi a předání diplomů.)

SPONZE ABSOLVENTŮ MAGISTERSKÉHO STUDIA

Latinský text

Promotor

Scholares clarissimi, examinibus, quae ad eorum, qui magistri nomen et honores consequi student, doctrinam explorandam lege constituta sunt, cum laude superatis, nos adistis desiderantes, ut vos eo honore in hoc sollemni consessu ornaremus.

Prius autem fides est danda vos tales semper futuros, quales vos esse iubebit dignitas, quam obtinueritis, et nos vos fore speramus.

SPONDEBITIS IGITUR: (*všichni povstanou*)

PRIMUM vos huius Universitatis, in qua magistri gradum ascenderitis, piam perpetuo memoriam habituros eiusque res ac rationes, quoad poteritis, adiuturos;

DEIN honorem eum, quem in vos collaturus sum, integrum incolumemque servaturos,

POSTREMO studia humanitatis impigro labore culturos et provecturos non sordidi lucri causa nec ad vanam captandam gloriam, sed ut veritas propagetur et lux eius, qua salus generis humani continetur, clarius effulgeat.

HAEC VOS EX ANIMI VESTRI SENTENTIA SPONDEBITIS AC POLLICEBIMINI?

Absolventi jednotlivě přísahají na žezlo:

SPONDEO AC POLLICEOR

Promotor

Itaque iam nihil impedit, quominus honores, quos obtinere cupitis, vobis impertiamus.

Ergo ego promotor rite constitutus vos ex decreto ordinis mei magistros creo, creatos renuntio omniaque magistri iura ac privilegia in vos confero. In cuius rei fidem haec diplomata Universitatis Carolinae sigillo firmata vobis in manus trado.

SPONZE ABSOLVENTŮ MAGISTERSKÉHO STUDIA

Český překlad

Promotor

Vážení absolventi, vykonali jste s úspěchem zkoušky, které jsou zákonem předepsány k prověření vědomostí těch, kdož chtějí dosáhnout titulu a hodnosti magistra. Předstupujete nyní před nás s žádostí, abychom vám v tomto slavnostním shromáždění udělili hodnost, o niž se ucházíte.

Dříve však musíte složit slib, že se vždy budete chovat tak, jak to od vás vyžaduje vznešená hodnost, jíž nabudete, a jak to i my od vás očekáváme.

SLÍBÍTE TEDY: *(všichni povstanou)*

Především, že trvale uchováte ve vděčné paměti tuto univerzitu, na níž dosáhnete hodnosti magistra, a že vždy budete podle svých sil podporovat její činnost a zájmy

Dále, že hodnost, kterou vám udělím, uchováte bez poskvrny a bez úhony

Konečně, že se budete věnovat s neúnavnou pílí humanitním studiím, ne pro špinavý zisk, ani pro prázdnou slávu, ale pro to, aby byla šířena pravda a aby se jasněji skvělo její světlo, na němž spočívá blaho lidského rodu.

SLIBUJETE TO NA SVÉ DOBRÉ SVĚDOMÍ?

Absolventi jednotlivě přísahají na žezlo:

SLIBUJI

Promotor

Nic již tedy nebrání tomu, abychom vám udělili hodnosti, kterých si přejete dosáhnout.

Pročež já, řádně ustanovený promotor (ustanovená promotorka), vás z moci svého úřadu ustanovuji magistry, vaše jmenování veřejně vyhláшуji a uděluji vám veškerá práva a výsady magistrů. Na doklad toho vám dávám do rukou tyto diplomy s pečeti Univerzity Karlovy.

SPONZE ABSOLVENTŮ DOKTORSKÉHO STUDIA

Latinský text

Promotor

Doctorandi clarissimi, examinibus, quae ad eorum, qui doctoris nomen et honores consequi student, doctrinam explorandam lege constituta sunt, cum laude superatis, nos adistis desiderantes, ut vos eo honore in hoc sollemni consessu ornaremus.

Prius autem fides est danda vos tales semper futuros, quales vos esse iubebit dignitas, quam obtinueritis, et nos vos fore speramus.

SPONDEBITIS IGITUR: (*všichni povstanou*)

PRIMUM vos huius Universitatis, in qua summum in philosophia gradum ascenderitis, piam perpetuo memoriam habituros eiusque res ac rationes, quoad poteritis, adiuturos,

DEIN honorem eum, quem in vos collaturus sum, integrum incolumemque servaturos,

POSTREMO studia humanitatis impigro labore culturos et provecturos non sordidi lucri causa nec ad vanam captandam gloriam, sed ut veritas propagetur et lux eius, qua salus generis humani continetur, clarius effulgeat.

HAEC VOS EX ANIMI VESTRI SENTENTIA SPONDEBITIS AC POLLICEBIMINI?

Doktorandi jednotlivě přísahají na žezlo:

SPONDEO AC POLLICEOR

Promotor:

Itaque iam nihil impedit, quominus honores, quos obtinere cupitis, vobis impertiamus.

Ergo ego promotor rite constitutus vos ex decreto ordinis mei doctores creo, creatos renuntio omniaque doctoris iura ac privilegia in vos confero. In cuius rei fidem haec diplomata Universitatis Carolinae sigillo firmata vobis in manus trado.

SPONZE ABSOLVENTŮ DOKTORSKÉHO STUDIA

Český překlad

Promotor

Vážení doktorandi, vykonali jste s úspěchem zkoušky, které jsou zákonem předepsány k prověření vědomostí těch, kdož chtějí dosáhnout titulu a hodnosti doktora. Předstupujete nyní před nás s žádostí, abychom vám v tomto slavnostním shromáždění udělili hodnost, o niž se ucházíte.

Dříve však musíte složit slib, že se vždy budete chovat tak, jak to od vás vyžaduje vznešená hodnost, jíž nabudete, a jak to i my od vás očekáváme.

SLÍBÍTE TEDY: *(všichni povstanou)*

Především, že trvale uchováte ve vděčné paměti tuto univerzitu, na níž dosáhnete nejvyšší akademické hodnosti ve filozofii a v humanitních vědách, a že vždy budete podle svých sil podporovat její činnost a zájmy

Dále, že hodnost, kterou vám udělím, uchováte bez poskvrny a bez úhony

Konečně, že se budete věnovat s neúnavnou pílí humanitním studiím, ne pro špinavý zisk, ani pro prázdnou slávu, ale pro to, aby byla šířena pravda a aby se jasněji skvělo její světlo, na němž spočívá blaho lidského rodu

SLIBUJETE TO NA SVÉ DOBRÉ SVĚDOMÍ?

Doktorandi jednotlivě přísahají na žezlo:

SLIBUJI

Promotor

Nic již tedy nebrání tomu, abychom vám udělili hodnosti, kterých si přejete dosáhnout.

Pročež já, řádně ustanovený promotor (ustanovená promotorka), vás z moci svého úřadu ustanovuji doktory, vaše jmenování veřejně vyhlašuji a uděluji vám veškerá práva a výsady doktorů. Na doklad toho vám dávám do rukou tyto diplomy s pečeti Univerzity Karlovy.